Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1002
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



In illo tpe. accesserunt ad ihm ab iherosolimis scribe
et phanisei dicentes. Quare discipuli tui transgre
diuntur traditiones seniorum. non enim lauant manus
suas cum panem manducant. Qui aut respondens
ait illis. Quare et vos transgredimini mandatum
dei propter traditionem vram. Nam deus dixit. Honora
patrem et matrem et qui maledixerit patri vel matri
morte moriatur. vos autem dicitis. Quicumq; dixerit
patri vel matri munus quod cumq; est ex me tibi prodeat
et non honorificauit patrem suum aut matrem suam
et irritum fecistis mandatum dei propter traditionem
vram. Ypocrite bene phetauit de vobis ysaias
dicens. Populus hic labijs me honorat. cor
autem eorum longe est a me. Sine causa autem colunt
me. docentes doctrinas mandata hoim. Et conuocatis
ad se turbis. dixit eis. Audite et intelligite.
Non quod intrat in os coinquinat hominem. sed
quod procedit ex ore hoc coinquinat hominem.
Tunc accedentes discipuli eius dixerunt ei. Scis
quia phanisei audito hoc vbo scandalizati sunt.
At ille respondens ait. Omnis plantacio quam plantauit pr meus celestis eradicabitur. Sinite illos
ceci sunt duces ceorum. Ceecus autem si ceco ducatum prestet ambo in foueam cadunt. Respondens
aut petrus dixit ei. Edisere nobis parabolam
istam. At ille dixit. Adhuc et vos sine intellectu estis. Non intelligitis quia omne quod intrat
in os in ventrem vadit et in secessum eiicitur. Q
aut procedunt de ore de corde exeunt et ea coin
quinant hominem. De corde enim exeunt cogita-